Massenzio, Domenico. Motecta binis, ternis, quaternis, quinisque vocibus . . . liber secundus. Roma, Bartolomeo Zannetti. 1614. RISM M1310.

Title:

MOTECTA
Binis, Ternis, Quaternis, Quiniſque
vocibus,
Cum Baſſo ad Organum Concinenda,
Vna cum Litanijs B. M. V.
AVCTORE
DOMINICO MASSENTIO
RONCILIONENSI
Collegiatæ Eccleſiæ Roncilionenſis Canonico.
LIBER SECVNDVS.
[Escutcheon of dedicatee]
ROMÆ, Ex Typographia Bartholomæi Zannetti. 1614.

SVPERIORVM PERMISSV

Dedication:

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISS. PRINCIPI | BENEDICTO IVSTINIANO | S. R. E. CARD. AMPLISSIMO. | [orn.] | *DOMINICVS MASSENTIVS.* | Χαιζεν ηαι Ενπραξειν |

MVSICÆ nomenclaturam (Princeps Illuſtriſſime) vel Græcam eſſe, vel à Muſis corriuatam | nemo vnus inficiatur. At ijs nomen res alia dedit nulla, niſi conſenſio ſtudiorum, artium con-|uenientia, vitę ſocietas, contubernij neceſſitudo. Nam, vt ex Plutarcho didici, quòd eas hoſpitij | nunquam intermiſſa communitas, quaſi ομου ουσας perpetuò faceret, voce leuiter immutata, | Muſas meritò nominarunt. Hinc ergo & Muſices appellatio cognatæ cuiuſdam conuenientiæ | notæ eſt, atque concordiæ. Quæ me ratio mirificè impulit, vt harmonicum hoc opuſculum, | tuo inſcriptum nomine, Muſicorum Phonaſcorumq; iudicio crederem non inuitus. Etenim, | vt ſcenæ, ac tempori ſeruiens, meum ipſe negotium agerem pro virili, ad Virgulam cenſoriam, Tuæ patrocinium de-|buit implorari, qua ſi mihi beneuolè tangi contigerit, amicèque, nec Timidorum lauream optabo, nec auream ex-|petam Tyrannorum. Fuerit olim circæa illa fermi, humaniq. vultus efficaciſſima moderatrix: fuerit Mineruæ tum | ſeneĉtutis domina, tum iuuentutis fuerit Mercurij vitæ, neciſq. arbitra ſingularis, ac rarior. Has ego & ſingulas, & | vniuerſas nihil admodum moror, ſi tuam dumtaxat mihi præſto eſſe cognouero, quæ Diuinæ illius imitatrix, nihil | non ſuppeditare didicit, vel citra ſudorem, ac puluerem Supplicantis. Teſtata res eſt non auditione ſolùm, & fama, | ſed vſu, ac periclitatione, quo ipſe ſtudio ingenuas artes, in ijſq. Muſicen compleĉtare. Ita Domeſtici loquuntur; ita | circumferunt Aleni. Sic Roma omnis confeſſa eſt, quæ tuorum magnitudinem meritorum, purpuræ, quod potuit, lu-|ce rependit: ſic Bononia prædicat vniuerſa, quæ, TE Legato, nullam integritatis, & innocentiæ partem nouerit præ-|termiſſam: argumento eſt, quòd Romam inde voces adhuc de TE honorificæ perferuntur,

quibus facile indicant | Bononienſes, quàm æquis TE oculis, animiſq. præſentem aſpexerint; cum in abſentem quotidiè magis magiſq. fa-|miliariter afficiantur. Certè non poteras non eſſe iuſtiſſimus, atque adeo Trutina iuſtior, quem ipſamet Iuſtitia ſuo | de nomine IVSTINIANVM communicata nuncupatione cognominat. Cauſa verò viuentis etiamnum me-|moriæ, viĉturæq; haud alia ſanè fuerit, quàm, quibus perpetuò purpuraſcis, corona decorum miximorum. Tua | TE virtus, mihi crede, amabilem facit, tua facilitas, tùa ſuauitas, æquinimitas tua: Eundem TE ſpeĉtabilem red-|didit, & admirabilem, vel ad humanas viciſſitudinés celſioris animi magnitudo, vel gerendis in rebus, cōponendiſq; | dexteritas, vel in iure dicundo ex Areopagitis expreſſa iuſtitiæ firmitudo. Si verè loquar, hoc ipſe præſtas Olym-|pionicis, quòd his corollis, quarum materies neceſſariò foris aſſumitur, toroſa lacertorum vis elaborat; TV quibus | artibus certas, ijſdem etiam gloriosè triumphas, ſapientia, & probitate: ac, né quid aduentitium breuiq. emoríturū | capite circumgeſtes, tui TE mores coronant. Quæ cum non vera modò ſint; ſed etiam Vero minora, vtique non | inſcitè muſicos hoſce Modulos tuæ potiſſimum fidei commendaui. Si enim Muſicæ nomen, vt dixi, concordiam | ſonat, TV elegantior mihi Mæcenas eſſe debueras, in quo tanqùam in caſtiſſimo Gynæceo Muſæ omnes, hoc eſt | numeratæ iam laudes, aliæq. complures concordiſſimè conquieſcunt. Tenues igitur hoc Xeniolum certis attempe-|ratum modulis, metriciſq. legibus comprehenſum accipies TV, quidem non Ceſoris animo, ſed Patroni, vultu non | patruo, ſed paterno, eo videlicet, quo ad Aſylum benignitatis tuæ compulſos antehac humaniter protexiſti: Ego, | qui perſonam in TE, meritumq. potius diligo, quàm nitorem, tuæ ſpem gratiæ vnicam, vnicum etiam Apophore-|tum, & quidem honorificum arbitrabor. Pluribus Tecum non agam verboſus interpellator. Nam ſi Principum | quorundam benignitas ideo longiore verborum ambitu eſt euocandà, quòd curta eſt, atque anguſti, quòd præpar-|ea, quòd illiberalis; Tuam, quæ immeritis etiam vltro ipſa occurrit, monoſyllabo hoc, Laconiſmo ſatis fuerit inuo-|caſſe. Nimirum hoc inter alia multa regium habes, hoc mirandum quòd, cum amplitudine, maiorum ſis gentium | à Patronus, & Pater, clementiæ tamen miraculo Tenuiores, Minoreſq. omnes, pro re nata, hos alloquio hilaras, | hos erigis auxilio, alios patrocinio ſoſpitas non grauatè. |

Imprimatur:

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſimo Patri Magiŝtro Sac. Pal Apoŝtolici. Cæſar Fidelis Viceſg.

Imprimatur, Fr. Thomas Pallauicinus Bonon. Magiſt. & Reuerendiſſ. P. F. Ludouici Yſtella, Sac. Pal.
Apoſt. Magiſt. Socius. Ord. Præd.

Bassus Colophon:

Decorated oval encompassing three vertical spears, linked together at bottom with ribbon

Index:

INDEX
Motteĉtorum.
[orn.]

[column 1]

Doi Canti.
Sanĉta Maria.
Veni eleĉta mea.
Corona aurea.
Ecce Sacerdos magnus.
Candidi faĉti ſunt.

Canto, & Baſſo.
Ego dileĉto meo.
Veni ſponſa Chriſti.
Sub tuum pręſidium.
Ecce ego mitto vos.
Angelus ad Paſtores.
Hieruſalem.
Ecce nunc tempus.

Doi Tenori.
Beata es Virgo Maria.
Iuſtum deduxit Dominus.
Viri Sanĉti.
Domine Deus meus.

Doi Baſſi.
Hæc eſt Virgo ſapiens.
Iſte eſt qui ante Deum.

Tre Voci.
2. Tenori, & Baſſo.
Stabunt Iuſti.

[column 2]

Tre Tenori.
Gratias tibi ago Domine.
Quando natus eſt.

4. Voci.
2. Tenori, Alto, & Baſſo.
Qui me dignatus eſt.

2. Alti, & 2. Baſſi.
Domine Ieſu Chriſte.

Canto, Alto, Tenore, & Basso.
O ſalutaris hoſtia.

2. Canti, Alto, & Baſſo.
Stabat Mater.

Cinque voci.
2. Canti, Alto, Tenore, | & Baſſo.
O quam ſuauis eſt Domine.

Canto, Alto, 2. Tenori, | & Baſſo.
O Ieſu mi dulciſſime.

2. Canti, Alto, Tenore, | & Baſſo.
O Domine Ieſu Chriſte.
Quem vidiſtis Paſtores.
De profundis.
Letaniæ B. M. V.
F I N I S.

Contents:

Sanĉta Maria Virgo virginum   A Doi Canti
Veni eleĉta mea   A Doi Canti
Corona aurea ſuper caput eius   A doi Canti
Ecce Sacerdos magnus   A doi Canti
Candidi faĉti ſunt   A doi Canti
Ego dileĉto meo   A doi   Canto, & Baſſo
Veni ſponſa Chriſti   à 2.   Canto, & Baſſo
Sub tuum præſidium   A 2.   Canto, & Baſſo
Ecce ego mitto vos   A 2.   Canto, & Baſſo
Angelus ad Paſtores   A 2.   Canto, & Baſſo
Hierusalem Cito veniet   à 2.   Canto, & Baſſo
Ecce nunc tempus   à 2.   Canto, & Baſſo

Beata es Virgo Maria   A 2. Tenori
Iuſtum deduxit Dominus   Doi Tenori
Viri Sanĉti Glorioſum ſanguinem   Doi Tenori
Domine Deus meus   A 2. Tenori
Hæc eſt Virgo ſapiens   A 2. Baſſi
Iſte eſt qui ante Deum   Doi Baſſi
Stabunt Iuſti in magna conſtantia   Doi Tenori, & Baſſo
Gratias tibi ago Domine   A 3. Tenori
Quando natus eſt   A 3. Tenori
Qui me dignatus eſt   à 4. voci.   2. Tenori, Alto, & Baſſo
Domine Ieſu Chriſte   Doi Alti, & doi Baſſi
O ſalutaris hoſtia   à 4   Canto, Alto, Tenore, & Baſſo
Stabat Mater à 4.   Doi Canti, Alto, & Baſſo   Con Organo, & ſenza [verses 1, 3, 9, 20]
O quam ſuauis eſt Domine   à 5.   Doi Canti, Alto, Tenore, & Baſſo
O Ieſu mi dulciſſime   à 5.   Canto, Alto, Doi Tenori, & Baſſo
O Domine Ieſu Chriſte   à 5.   Doi Canti, Alto, Tenore, & Baſſo
Quem vidiſtis Paſtores   à 5.   Doi Canti, Alto, Tenore, & Baſſo
De profundis   A 5.   2. Canti, Alto, Tenore & Baſſo   ſi canta vn verſo figurato, & l'altro in falſo Bordone [odd verses]
Letaniæ B. M. V   à 5.   Doi Canti, Alto, Tenore, & Baſſo Si poſſono cantare con Organo, & ſenza [Litany of Loreto]

Part-books:

CANTVS PRIMVS	A-E^4	40pp.	Dedication. Index.
CANTVS SECVNDVS	F-K^4	40pp.	Dedication. Index. [blank page at end]
BASSVS	L-P^4	40pp.	Dedication. Index. Colophon [blank page at end]
BASSVS AD ORGANVM	Q-T^4	32pp.	Dedication. Index.

Remarks:

Quarto format. Order of pieces differs somewhat in different vocal part-books. No notated music for *falsobordone* verses of *De profundis*. Copies consulted: **D**-Mbs; **I**-FA. RISM M1310.